


7



**RECTOR**  
ACADEMIAE WITTENBERGENSIS,  
**JO. GOTHOFREDUS**  
**BERGERUS,**  
**D. ORDINIS MEDICI SENIOR,**  
ET h.t. DECANUS, AC PATHOLOGIAE  
PROFESSOR PUBLICUS,  
*CIVIBUS ACADEMICIS*

S. P. D.





**V***id expediat Imperio?* hoc tempore imprimis, quo ab Orientis rabie, ab Occidentis dominatu inexplebili affligitur, consensu per tot annos mutuô, Germania, cum afferri quidem possent plurima, tum præter Augustissimum illius Caput tamen, & ejusdem Principalia, Regalem Eminentiam repræsentantia per Corpus hoc vastissimum, & vitam illi ab electione, Legibus regendi, & administrandi, membra inspirantia (præfiscini dixerimus, ac sine fraude aliorum,) nemo plenius intelligit, nemo accuratius dijudicat, tuetur efficacius ac asserit. Ab horum harmonia & consensione, quicquid ad ingentis velut machinæ, non præter rem cum Horologio Europæ cultioris comparandæ, pertinet stabilimentum, pendet. Hi perpetui sunt, erunt, Cæsaris Consilarii, lucentia Imperii SS. Candelabra, & (cum bona Latinorum venia) per Auræ tenorem Bullæ, *Archi-Principes*, nec Regibus minores, in Germania: in horum sapientia, concordia, & militari robore, potissima consistit nostra salus; non in contradictione, non in verbis; dum  
pro



pro libertate fortius loqvuntur quidam Ordines, quam pugnant. Dum extrema omnia minatur domitor imaginarius Europæ, dum Austriacum evertere molitur regimen moderatissimum, exercitus sunt opponendi validi, Ducumque & armorum vigor ostentandus est. Ne fluctuaret in perpetuum, & discriminibus exponeretur præsentissimis complexa charitates omnes Patria, providit solertissimè consilio divino invocato, & auxilio obtento, LEOPOLDUS, Opt. idemq; Maximus. Nec enim in Augustiori Ordinum Imperialium conventu, ante hoc triennium dissimulavit grandis operis contextum, precibus & literis commendatitiis, obsequiosè interpositis, Septemviralibus consiliis (suffragia majora vincunt hîc, ut alibi,) sic placuisse, ut res maximi momenti, dignitas Electoralis, propter merita salutis ac securitatis, pro Imperio Romano, præstita, & contra infensissimos ab Ortu & Occasu conjurantes adversarios, in posterum præstanda, hoc imprimis tempore, quo sponsiones, fœdera, aut partium quarundam studia fovere Hannibal ad portam solet, in familiam Serenissimam *Brunsvico-Luneburgicam, Hannoveranam*, conferretur. Interest Cæsareæ auctoritatis, & consentientium in id Electorum eminentiæ, ne oculis obliquis conscia potentiæ antiqvæ Domus, & illius gloria limetur. Ab-  
fit



FA 3084  
fit odium Religionis! melius ut fide, sic & ipso opere de conservanda Austriorum Majestate Ordines huc usque meriti sunt Evangelici, quam proditores homines facerrimi nonnulli; quorum parcimus nominibus. Recurrit nudijs jam tertius Natalis auspicator AUGUSTI Principis ERNESTI, ELECT. Potentissimi, Reverendissimi Episcopatus Postulati Administratoris Osnabrugensis, Ducis Serenissimi; recurret & propediem Novemviratui Inauguralis lux, solennis pompæ apparatus, atque omni gratulationis genere, in Palatio Imperatorio, superiore anno, celebrata. Causas planè singulares, propter beneficia immensa habuit, exhibita memoriæ beatæ Patri quondam venerando, Juvenis incomparabili ingenio, natalium splendore ac Virtute, auctâ per Germaniam & Italiam itineribus, GARLEF Meurer / *Hamburgensis*; qui peractis ritè sacris hodiè, in Templo Academico, à II. pomeridianâ, plausu concentuque organorum publico, Orationem Panegyricam solenni ritu, veniâ à Nobis impetratâ, recitabit ex memoria, in laudem & Heroicam gestorum gloriam CELLENSIS & HANNOVERANÆ Domûs. Liceat in partem longiùs diffusi gaudii venire pluribus. Fulminatrices machinas displodant Palatinæ arces, & lætitiâ exaggerent per tormentorum tonitru trigeminum! P. P. Dominicâ XXII. post TRINITAT. Anno reparatæ gratiæ per Christum, clò Idc XCIII.

f.  
G.C. KIRCHMAJERUS, Senior.





*Videtur*  
re imp  
ab Oc  
li affli  
mutuô, Germania,  
plurima, tum præ  
tamen, & ejusdem  
nentiam repræsent  
mum, & vitam illi a  
& administrandi, n  
ni dixerimus, ac fir  
nius intelligit, nem  
efficaciùs ac asseri  
consensione, quic  
næ, non præter r  
cultioris compara  
pendet. Hi perpe  
*siliarii, lucentia*  
(cum bona Latino  
rem Bullæ, *Archi-*  
res, in Germania:  
dia, & militari robore, potissima comitit nostra  
salus; non in contradictione, non in verbis; dum



c tempo  
ntis rabie,  
nexplibi  
tot annos  
n possent  
ius Caput  
lem Emi  
c vastissi  
s regendi,  
(præfisci  
emo ple  
at, tuetur  
monia &  
ut machi  
Europæ  
mentum,  
*Saris Con-*  
*abra,* &  
reæ teno  
us mino  
concor  
pro

